



Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvriv, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus plenißimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1620

Dominica Prima Post Pascha Sive In Albis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56314)



DOMINICA PRIMA POST PASCHA SIVE IN ALBIS.

Partitio.

- I. Tribulationis necessitas & utilitas.
- II. Dotes corporum glorificatorum.
- III. Eucharistia veritas probatur.
- IV. Gaudium Apostolorum.

Quam sero esset die illo vna Sabbatorum, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati, propter metum Iudeorum, venit Iesus & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. Ioan. 20.

FIGVRA.

Genes. 45.



PATRIARCHA Iacob, audito, filium Ioseph, quem vt mortuum planxerat, adhuc in viuis esse, & dominari in tota terra Egypti, somniũ se audire existimabat: & quamuis decem eius filij id ei certo certius affirmarent; nulla tamen vt crederet, vnquã potuit ratione persuaderi; sed dixit: *Sufficit mihi; si adhuc Ioseph filius meus viuus, vadam & video illum antequam moriar.* Itaq; in Egyptum descendens, & filium suum videns, irruit super collum eius, & inter amplexandũ ait: *Iam laetus moriar, quia vidi faciem tuam.* Similem propemodum historiam in hodierno Euangelio videre est; nam loco Patriarchæ Apostolum conspicio, D. Thomam scilicet, qui audito verum Ioseph Christum, Dominum suum, quem mortuum prius putarat, adhuc viuere, & vniuersum orbẽ imperio moderari, sabellam, aut commentum

quoddam fictitium sibi narrari existimabat: adeo vt quamuis decem Apostoli certissime sanctissimeq; Dominum sibi apparuisse assererent, diceret: *Non credam nisi videro fixuras clauorum.* Atque hinc factum est, vt Domino hodie in medio discipulorum se sistente Thomas quam primum, vt eum conspexit, in genua prociderit, præque animi lætitia, & interno spiritus iubilo exclamarit: *Dominus meus & Deus meus.* Dispicite vobiscum, Auditores, & considerate, num eadem vtrinq; sint concurrentiæ, & non ouum ouo sit similius. Hac de re plura vobis verba facturus, in hunc locum veni, si caeleste auxilium gloriolæ Virginis interuentu impetrare valeam: quam ob rem nostras prius ei offeramus precibus, dicentes:

AVE MARIA.

Philosophorum moralium Princeps Seneca Demetrii ca refert Demetrium, magnum itidẽ virum, Apophantanti tribulationes & afflictiones fecisse, vt thegmatam,

Dddd 2

vitam,

vitam, quæ sine vlla hic aduersitate transigitur, mari quidem mortuo, quod magis quàm procellosum aliquod pelagus pertimescendum est, similem esse dixerit. Demetrii porro vestigiis insistens Chrysostomus, dicere nõ est veritus, prosperitatem virtutis noueram esse: aduersitatem autem veræ Philosophiæ matrem. Equidem eiusdem opinionis sum, & semper futurus sum, plus vt emolumentum animabus nostris, ex aduersis, quam lætis, prouenire sentiam.

Insignes de tribulatione cõceptus. Dixit olim nescio quis, & bene quidem, nervos belli esse pecuniam: ego vero parodice & melius quoque meo quidem iudicio, dicam, afflictiones aduersitatesq; virtutum omnium nervos esse, atque verum animarum robur.

Et sane verum id esse mecum fatebuntur omnes naturalium rerum periti: quidem enim aliud mundum, eiusq; generationes sustentat, quam perpetuum illud & assiduum inter ipsa elementa dissidium, adeo vt si vel ad minimum temporis spatium eadem a sese inuicem oppugnando desisterent, omnis illa Physica Monarchia pessum iret & desiceret. Ad eundem etiam modum cum animabus nostris agi putandum est, non posse nimirum virtutes earum nisi per tribulationes & aduersitates ingruentes, subsistere, & propter vel etiam minimam pacem tranquillitatemque, quam ipsa prosperitas interserit, multũ nis decedere, virtutes videlicet languescere, robur earum luxari, illarumq; meritum imperium penitus collabascere.

Herbæ amara, vt absinthium, ac vehemens aliquod rhabarbarum, magis medica sunt, quam dulciaria, vt sirupi, sacchara mellitaque: carnem præseruat à putredine sal, mel vero corrumpit: ventus ignem succendit, eiusque flammam adauget: ignis metalli scoriã excoquit, ac sublimat reliquum. Id ipsum de tribulationibus dictum esto: quas æquo animo tolerare par est: ita mirandum non sit, si easdem Deus electis, imo & Apostolis suis, immitat, & tanto eos tempore per easdem probati velit. Ne hoc, inquam, vobis mirum videatur.

Omnes qui in Salomonis tẽplo insumentidi erãt lapides, cõcinnati & politi Ierosolymã

aliunde inuehebantur: Electorum quoq; animæ, quæ instar lapidum sunt, ad cœlestis tẽpli fabricam prædestinatorum, tribulationum malleo contundi & poliri debent, nam per multas tribulationes in regnum cœlorum intrandum est. Noluit in veteri lege Deus, victimas sibi in sacrificium offerendas melle conspergi: vnde colligere possumus eundem ipsum Deum animas sibi in sacrificium per pœnitentiã offerendas, prosperitatis alicuius melle & dulcedine aspergi nolle.

Quin etiam maxima & præ cæteris notabilia conuiuia, quæ Dominus dilectis suis exhibuit nõ nisi panibus hordeaceis, duris & ad digerendũ difficilibus constabant. Vnde manifestum redditur, Deum electos suos hoc in mundo non nisi panibus hordeaceis, cibo inquam tribulationum, pascere: ipsæ namque sunt sumptuosissimæ ac nobilissimæ illæ epulæ, quas iis hoc in mundo præparauit.

Et sane nutrit animas, electos nimirum Cur Deus suos, tribulationibus Deus, donec eos vsque ad extremum deducat, vt hinc appareat, o-
tiones m-
mne auxilium ab illo descendere. Ita namq; mutua-
id profiteretur vates Regius, dicens: *Tu Domine exaltas me de portu mortis, & subito eripis me, & consolationibus tuis me prostratum reereas: alibi id ipsum aliis verbis repetit, dicens: Tu deducis ad inferos, & reducis deducis scilicet tribulationes immittendo, & repente consolationes immittendo, me ad cœlos vsque subleuas. Didicerat id vates ab Anna Samuelis matre, quæ se præter naturæ ordinem matrem effectam videns: hoc Deum encomio celebrat: Dominus mortificat & viuificat, i. Reg. 1. deducit ad inferos & reducit.*

Testis sit lugubris ille & simul lætus casus Demon-
Iob, quem tribulationes adeo depresserunt, stratur
vt omnes eum nunquam ad priorem fortunam reuersurũ crederent. At hac eum abyssus Deũ cele-
Deus educit, sterquilinum in iubilum com-
mutat, diuitias ei geminato scœnore dupli-
cat, & centum & quadraginta annos vitæ ad-
dit, vt viderit filios filiorum suorum, vsq; ad quartam generationem.

Hem quãta defuncti Lazari afflictio fuit, secere-
quanto tempore eius Christus resurrectione Iob. col-
distulit, quam sero venit? iam enim quadri-
duanus erat, fœtebat, verminabat, & ecce cũ Iob. 11.
minus

minus resuscitandus videretur ad vitam red-
dit. Ecce & aliud quidquam huic non omni-
no ab simile apud Marcū Euangelistam legi-
mus. Cum Apostoli toto die graui tempesta-
te essent agitati, & sero iam factum esset, om-
nesque de auxilio diffiderent: ecce tibi
Christus ad eos venit mari in ambulans. Quo
exemplo certi reddimur, nos cum remos pa-
tientia agitando defatigati sumus, & tribu-
lationum procellis concutimur, sero licet, a
Deo tandem aliquando adiuuari. Sed pul-
cherrimum omnium exemplum nobis ho-
die in Euangelio spectandum proponitur:
videte enim, vt Iesus Christus Apostolos, li-
cet sero admodū, licet ianuis, ianuis inquam
spei clausis, licet triduo post grauem quam
perpessi erant tempestatem consoletur. Ver-
ba Euangelij audiamus: *Cum sero esset die illo,
& fores essent clausæ, ubi erant discipuli congre-
gati, venit Iesus, & stetit in medio eorum, & di-
xit eis: Pax vobis.* Ingressum igitur hic primo
Domini, Apostolorum deinde gaudium &
exultationem exponamus, quod vbi fecerim-
us, sinem habebit & præsens hæc concio,
& tota nostra Quadragesima.

Principio igitur dum ipsa Textus verba
diligentius mecum perpendo reperio Domi-
num, duas gloriosi corporis dotes hic osten-
dere, subtilitatem nempe, ianuis clausis in-
grediendo, & agilitatem singularem toties
sefe vna eademque die, tamque diuersis in locis,
manifestando. Primo namque in horro locu-
tus est Magdalene in forma hortulani, de-
inde duos discipulos in Emaus castellum e-
untes, vt simul viator aggressus est: tum ve-
ro Ierosolymis Apostolos sefe omnibus ma-
nifestum reddidit. Hinc certo colligere li-
cet, Auditores, nostra, postquam resurrexi-
mus, corpora eadem qualitates habitura.
Et hæc D. Augustini sententia, quam hic mi-
hi sequendam proposui, *Vbi vult spiritus, tibi
proximus erit corpus,* quod magnus ille Doctor
à Salomone didicerat, qui olim de beatis
corporibus scripsit, *sicut scintille in arundine-
to discurrunt.* Huius autem gloriæ imaginem
apud Ezechielem Prophetam expressam vi-
dere est, dum de animalibus à se visis ait:
*Qua ibant & reuertebantur instar fulguris coru-
seantiu:* quibus verbis vates innuit, gloriosa

Beatorum corpora instar fulguris agilia fo-
re, & subito quo voluerint discursura. Habe-
bant hæc item animalia pedes & alas: quibus
denotatur, sacra illa corpora etiam alas, id
est in sublime euolandi facultatem, habitu-
ra: pedes quoque quibus terram adeant & ad
nos, quotiescunque visum illis fuerit, de-
scendant.

Vidit idem Propheta rotas, quæ à spiritu *Dan. 14.*
quodam mouebantur, & eodem, quo ille di-
rigebat. An non rotæ illæ, ô vates, ipsa Beato-
rum corpora denotant, quæ, quocunque ea-
dem impulerit anima, vteronce sequuntur:
An non meministis vt Angelus Abacuc Pro-
phetam, breuissimæ temporis spatio, è Iudæa
in Babylonem, quingentis passuum millibus
distantem rapuerit? An ignoratis, Angelo-
rum motu & impulsu cælorum orbis, qua-
tuor & viginti horarum spatio, viginti qua-
tuor miliarium myriades, quoad primum
saltem mobile, conficere? E quibus aperte
cernere est, cum naturalia illa corpora, quæ
à cælestibus intelligentiis impelluntur: tan-
ta celeritate ferantur: sanctorum corpora
maiori adhuc celeritate pollere, cum eadem
ab animabus sanctis semel dirigi, & impelli
congrerit: quod euidenter hodie in Christo *Marc. 6.*
Domino videre licet, qui similem in corpore
suo agilitatem declarauit. Olim quidem si
forte meministis, parum agilitatem ostendit,
cum adhuc in viuus agens, aquis superin-
ambulauit: hodie vero etiã eiusdem corporis
subtilitatem, cum ianuis clausis ingreditur.

Ianuis clausis. Vt hinc colligamus, nihil Deo
non esse possibile, ac penes hunc omnium lo-
corum clauis custodiri: ingreditur & egre-
ditur ille quocunque; & vndecunque; visum fue-
rit. Monumentum quidem sigillo obfirmat-
um erat, eodem tamen egreditur: ianua hic
clausa erant, nihilominus intrauit. Ionas *Ion. 3.*
quamuis duplici ergastulo ac claustro con-
clusus esset, ventre videlicet ceti, & maris,
Deus tamen ad eum penetrauit & incolumè
eum in litus stetit. Daniel in lacu leonum *Dan. 6.*
regio sigillo obfirmato versabatur, quo ne-
mo adire præsumebat: Deus tamen eundem
ingressus est, Prophetamque in libertatem
vindicauit. Tres illi pueri in succensa forna-
ce constituti erant flammis rapacibus vn-
dique

dique circumvallati, adeo vt nullus effugio locus pateret: illa tamen omnia penetrans vis diuina intrauit, repagula effregit, obices euerit, & nos incendio liberauit.

Peccantiū infania putantiū Deum non intueri.

Quanta porro stulticia tua est & amentia peccator, dū cordis tui penetralia & abstrusos pectoris recessus ei patere nō putas? dum cuncti uidentem eius oculum peccando te posse fallere cogitas? Quid? derexit illa rartata, portas infernales transit, profundissimas vsq; abyssos penetrat, & cor tuū putas eiusdem potentiaē posse resistere? Contriuit ille portas areas ac vectes ferreos confregit, & tu cordis tui credis claustra eū impedire posse? perfringit illa, vt futilis arancarū telas, vt festucas comminuit: transtulit omnia, perspicit omnia. Huc alludens Ezech ait, vidisse se olim duos aenes qui clāculum & clausis super se ostiis adorantes, existimabant se à Deo nō videri. Similes vos hūc sensibus dico, vos inquam peccatores, qui varia vitiorū idola colitis, putates vos à Deo nequaquā conspici. Audite, obsecro, vt uerā tūdeat insaniam

Ezech. 8.

Psalmographus, dicens: *Et dixerūt, Non uidebit Dominus, nec intelliget Deus Iacob: intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite: Qui plāuit aurē non audiet, aut qui sēxit oculū non considerat?* Videte porro, vt hic trās parietem uideat, & ianuis clausis ingrediatur.

Psal. 93.

Venerabilis Eucharistia adoratur.

Ianus clausus Hic Theologicē non nihil de ianuis hūc differendū est. Felices ianua! felix & faustus introitus! per ianuas hasce, per hunc introitū, Catholici Auditores, hereticorū argumenta & cauillationes infringim⁹: hinc. n. uelut ex armamentario quodā arma depromimus, quibus & eorū hāereses expugnemus, & ueritatē Sacramenti Eucharistiaē astruamus. Hic sc. iis ad oculum demonstrare possumus, quomodo vnum & idē numero corpus, manendo corpus, diuersis in locis, non occupando tamen locū, esse possit, vt in tremendo Eucharistiaē Sacramento fieri credimus. Si enim Dominus hodie clausis, vt Euangelista tradunt, ianuis intrauit, inde efficitur corpus Christi nullū hic occupasse locum, uel fuisse hic penetrationem quantitatū & dimensionum alterius corporis.

Heretici sanctos

Heretici porro vim & energiā huiusce argumenti agnoscentes, quantumq; prēiudicij

eorum falsitatib. afferat, sacrum Eūangelista- rum calamum mendacij coarguere non sunt. Veriti, Christū clausis ianuis nō intrasse asserentes. Ita nāq; Berengarius Sacramentarius, arguente teste Guirmondo lib. 3. Euangeliorum textū deprauare conatus est. Nostra quin etiā zeta- te Ioannes Oecolampadius adeo effrons & impudens exstitit, vt Christū per fenestras, aut per camini respiraculū intrasse dicere nō erubuerit. O blasphemiā intolerabilem! dicere nimirū Christum cubiculū non ingressum fuisse, sed instar furis aut latronis aliunde irrupisse. Alius itē Ioannes Caluinus nempe, ait: Christum uirtute quadā diuina in cubiculum, ubi Apostoli cōgregati erant, irrupisse, & quodāmodo irruisse, atq; ita ianuis clausis intrasse: neq; enim expectare uoluisse, donec qui intus erant, eidem aperuissent, sed omnipotente quadā potentia fores aperuisse, uel pessūdedisse, subitoq; easde portas tectas restituisse. Petrus Martyr autē libro contra Gardinerū aliud adhuc commentum excogitauit, atq; Christū intrasse introitu sibi primū parato, uel fores instar ceraē emolliendo, & miraculosa quadā ratificatione, extendendo, uel vt cederent aditumq; præberent, absoluta quadam potestate imperado.

At falsa sunt hęc omnia, erroribus, imposturis, mendacijsq; refertissima: nam Ioānes, fidus huiusce historiaē scriptor, uelut notatu dignam circumstantiam, hęc uerba addidit: *Ianus clausus*, bisq; eadem repetiit, vt eo magis miraculū celebraret: si uero per fenestras aut aliunde ingressus esset, nullū miraculum foret. Lucas autē eandem historiam describens ait: *Stetit in medio discipulorum*; non prauo aliquo ad ianuā tumultu, aut ullo in tota domo strepitu. Accidit adhęc, quod omnes SS. Patres instar miraculi hūc introitum habeant, Chryostomus, Cyrillus, August. Euthymius, & Theophylact. in hunc locum, Iustinus quæst. 117. ad Orthodoxos. S. Ambros. in ultimum caput Lucae: Epiphanius hāeresi Lxv. S. Hieronymus Epist. ad Pammachiū: Gregorius Homil. xx. in Euangelia, & Bernardus serm. i. de resurrectione.

Quz nā igitur tua audacia impudentiaq; est Caluine, Europaē tyranne, tempestas pietatis, religionis & fidei pestis, tartaro educte

tutio,

III.

Omnis SS. Patres hunc introitum uelut miraculum celebrant

ticio, seculi nostri labe ac calamitas, tā horrendas blasphemias euomere, cum tā spissam sanctorum Patrum acie tibi obiectā videas?

Quinam de retribuis hereticis hoc scripserit lo- co abusi- tus. Ipsi quinetiam Marcionista, Valentiniani, Origenista: alijq; magni nominis heretici, qui verā Iesu Christi resurrectionē negabāt, hoc Euangelij loco ad impietate suam astruendam abusi sunt: atq; ita argumentabantur: Verū aliquod corpus ianuis clausis introire non potest: at Christus hoc intrauit modo: ergo corpus quod habebat, verum & perfectum corpus nō erat. Facile quidem huic difficultati SS. Patres respondissent, si eum non ianuis clausis, sed per fenestras intrasse, dicere voluissent: adeo vt oēs quotquot fuerit Patres, hoc insignis cuiusdā miraculi loco duxerint. Ipsi quinet veteres heretici de eo minime dubitarūt, cum hoc ipsum resurrectionem Christi negarent, adhibuerunt. Solus a. Caluinus huic sese veritati audeat opponere.

Sed adeste huc omnes qui miraculū in prodigiōso Christi ingressu declaratū oppugnat, & dicite, quid vobis de eiusdē natiuitate videatur? Egressus ibi est clausis vteri ianuis sine vilo virginis in Deipara detrimento, aut minima etiam eiusdem violatione: hoc potro sine aliqua penetratione fieri non potuit, vel ita vt corpus locū nō occuparet. Respondet hic, naturā secretis quibusdā dilationib. & occultis extensionib. huic rei partu prouidisse: O blasphemias intollerabiles! hoc n. sine ingenti dolore & cruciatu fieri nequeat, nec ipsi Mahometani audebūt asserere.

Id. 17. Caeli solida sunt. Quid vero de egressu eius ē sepulchro dicetis: quid de ascēsa eius in cœlū? *Ascendit super omnes caelos.* Ipsi porro cœli vt ppheta Iob ait, solidissimi sunt, quasi ære fusi: nō habent fenestras, carēt ianuis, carēt ingressu, pfringi nō possunt, quia corrupti nequeūt, quomodo eos igitur pertrāsire potuit, eū ad cœlos ascēdere? Dicendū est igitur, vel fuisse hic penetrationem aliquā, vel corpus eius extensione caruisse, atq; ideo nullum id occupasse locū, vel cœlos eum perfregisse: quod penitus absurdum est, & fieri nulla ratione potest.

Quomodo cœli aperti sunt. Quod autē in sacris literis saepe cœli aperti dicantur hic locum non habet: nam hæc apertio metaphorice capienda est, vt Marci 3.

dicatur n. cœlum ibi apertum ac velut in duas esse dicantur partes, S. Spiritu in columbæ specie rur. descendente. Sed mera hic metaphora est: neq; enim Spiritus S. hac diuisione ad descendendum opus habet, cum vbiq; locorum sit: vt nec credendū est columbā hanc cœlo descendisse, sed ex aere, & in aeris regione efformatā esse. Ita quoq; cum Ioan. i. cœli descendit. Angelis aperti dicuntur: tropologicè intelligendum est: notū est enim in cœlis ianuas non esse, & Angelos, cum meri spiritus sint, nec grauib. corporib. grauari, eisdem facili negotio posse pfringere. Deniq; cum in actis Apostolorū scribitur Stephanus cœlos apertos vidisse, secundum apparentiā, & noua quadā illustratione qua vidit ea prius non viderat, apertos eum vidisse intelligi debet.

Ad. 7. Credendum est igitur & quidem firmiter, Corpus a. vt par est, corpus aliq; diuersis in locis esse liquod posse, nullum tamen locum occupare: vt & pluribus mysteria Ascensionis, Resurrectionis, Nati- in locis es- uiratis, & hodiernus ille ianuis clausis ingres- se potest. sus euidenter ostendunt, & fidē faciunt. Proferā tamē & aliud argumentū, quo nullū mihi in sacris literis ad hanc rē euincendā videtur extare validius. Cum diceret Dominus: facilius esse camelū per foramē acus transire, q̄ diuitē aliq; regnū cœlorum ingredi: pe- tebant Apost. rigida hac sententia perterriti, ecquis igitur saluari posset, quib. deinde Dominus respondit: *Hoc apud homines impossibile est, sed apud Deum omnia possibilia sunt.* Cū igitur dixerit, Domino, rem hominib. impossibilē, possibilem esse, diuitē scilicet regni cœlestis participem effici: quanto magis eidem possibile erit, efficere quod non adeo difficile est: camelum scilicet per foramen acus traducere. Si igitur Deus prout Christus dicebat tam vastum animal per tam angustum locū possit cogere: quod non nisi abiq; loci occupatione fieri potest: neue minor in eo sit repugnātia, quam Christi corpus in tam exiguo subiecto contineri asserere. Non erit igitur impossibile, corpus aliquod diuersis in locis esse: nec etiam corpus aliquod verum manendo corpus, nullum occupare locum: cuius rei euident argumentum & signum hodie videre est. Iesu Christi enim corpus hodie clausis ianuis intrauit, & statim in medio cubiculo.

culo inter Apostolos, qui eius aspectu mirū in modum recreati sunt, constitit.

Christus
Apostolos
consolatus.

Est hoc secundum concionis nostræ mēbrum Dominus igitur cum ita in medio Apostolorū cōstitisset, hanc eis salutationem impertiuit, *Pax vobis* Pax in quā vobis, discipuli absq; pastore, milites sine duce, peregrini sine ductore, nauigantes sine fidere, Pax in quā vobis o pupillæ oculorum: disponite iam corda vestra ad lætitiā, præparate animum ad gaudiū, manus ad plausus, os ad exultationē, linguā ad cantādū Alleluia, verba vestra laudē concrepent, vox Io pœan sonet, atq; omnes lætitiæ neruos intēdite. *Pax vobis*, Therisitæ, ceruo timidiōres, iā amplius nolite metucere synagogas, minas iam cōtemnite: nam adest ecce hic leo de tribu Iuda, qui vester in omniū certaminib. ductor futurus est: *Pax vobis*, sumite iam animos exanimis: hic enim eum conspiciatis qui triumphanti dextera & tartara cōfregit & dæmonis regnum exspoliavit. Videte hic magnum illum Alexandrū, æterni Philippi filium, qui expugnato iam huius mūdi regno, & audito alia longē potentiora, maioraque in terræ visceribus esse ad eadem expugnāda se accinxit: quibus etiam in potestatem redactis, hodie victor de triūphatis inferis, expugnato purgatorio, limboque euerso ad superos reuersus est.

Pax vobis. Lætamini o afflicti, exultate tristes: Dominus enim vester post mortē, & Satanam expugnātū gloriosus & ouans sepulchrū effregit, sigilla euertit, milites perterruit, præsidia consternauit, deniq; trophæis onustus, triūphis & victoriis turgidus, ad superos remeavit. *Pax igitur vobis*, nolite amplius cōtristari, luctū exuite, cessent iam lachrymæ tuæ Petre, desine plorare ac ingemiscere Deipara. *Ecce Filius tuus*, ecce Tobias tuus nouis nuptiis exultans: videte vestes illas nuptiales, gloriam in quā immortalem, quare gaudeat modo cor vestrū, & gaudium vestrū nemo tollat à vobis. Quis vero Apostolorum hic gaudiū, ac discipulorū omniū lætitiā verbis exprimat, aut dicendo cōsequatur? Si enim fratres Iosephi, videntes eū principem in Ægypto factū, ita percussū sūt, vt præ pauore loqui non possent: quantum fuisse gaudium putatis dolentium horum

Tob. 11.

Gen. 40.

discipulorum, cum fratrem ac patrem suū, magistrum suum, suum omne, resuscitatū & qui sem in corpore adeo glorioso, atque in vniuerso orbē late dominari, viderunt.

Quantum putamus fuisse gaudium eorū qui in arca Noe, aquis circumquaq; sæuientib. & circumfremantib. cōcludebantur, dū columbam ad arcam cum ramo virētis oleæ redeuntē conspexerunt: vnde euidenter colligere poterāt, aquas diluuii esse per orbem imminutas? At q̄to maioris Apost. iubilum & lætitiā cubiculi angustiis conclusorū, & propter passionis diluuium trepidantium, fuisse putandum est, cum hodie pulchrā illam columbam, Dominum inquam suum, Iesum Christum cum lauri ramo, de foris reuertētem viderunt, & sacratissimo ore pacem denunciantem audierunt: vnde facile cōiicere poterant sæuas illas aquas, & tumentes passionis fluctus esse imminutos. Præuiderat hoc vates regius dum diceret, *Ad vesperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia*. Lætitiā inquam ineffimabilis, incomparabilis, ineffabilis, lætitiā tanta, quantum est amor eius, à quo proficiscitur: tanta, quantum dolor est, cui succederebat: tanta, quanta spes erat, quam producebat. O lætitiā, quæ verbis explicari nequeat, amoris filiam, dulcedinis sororem, spei matrem, matrem inquam, sororem & filiam incredibilis, ineffabilis, incomprehensibilis consolationis.

Tunc o anima audiuisse dulce illud canticum: audiuisse inquam Apostolos vno ore confitentem quod olim Propheeta Iob dixit: *Credo quod redemptor meus uiuit, & in carne mea uidebo Deum Saluatorem meū*: audiuisse vniuersum orbē cātantē, *Christum resurrexit, ergo & nos resurgetur*: Atq; inter cæteros & elatius cæteris, Thomā dicentē audire potuisses, ab incredulitatis tenebris reuersus: *Dominus meus, & Deus meus*. Dulci huic iubilo mihi interesse vider, o anima, ac Petrū mille admirationis, exclamationisq; signa edētē videre, atq; ita dicētē audire: O Sæson admirabilis, qui à morte captiuus detētus, portas carceris eius abstulisti, ac mundi cardines numine tuo concussisti! O Iona, qui tam potenter è profundo maris infernalis, & à ventre mortis reuersus es! O felix Thefeu, qui inextricabilem

Gen. 7.
Allegoria

Psal. 39.
Gaudium
Apostolo-
rum ex-
plicatio

Iob. 5. 10.

1. Cor. 10.

Insignis
cōceptus.

bilem

bilis Labyrinthi Minotaurici exitum reperisti. o prodigiose Phoenix, qui busto & rogo in crucis ardore exstructo, tanto cum amoris igne succendisti, vt ipsa etiam glacies eodem deslagrare potuisset: quique sepulchrū intrans, in quo alii putrescunt, & in cineres rediguntur, te ipsum de nouo quodammodo producens, integer & totus quasi tui ipsius pater factus emeristi. Ne quid nimis o Petre, contrahe lætitiæ habenas, cesser hoc gaudium, sile & reliquum saluationis huius attende.

Christus
Apostolos
colatur.

*Pax vobis, pax viuat in cordibus vestris, o discipuli mei: nihil videbitis iam amplius quam descendentem cælo Spiritum S. non videbitis aliud quam noua resulantia miracula. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Potestatem vobis dimittendorum peccatorum impertior, claudendi tartari, referandi cæli, effugandorum dæmonum, mortuorum ad vitam reuocandorum. Quid iam aliud restat, nisi vt quasi Dii sitis & filii excelsi omnes, sicut me esse conspiciatis, nisi vt nouos ad mei imitationem mundos creetis. Et sane Ego mitto vos vniuersum me duce orbē subiugabitis, mundum frenabitis. Cæsares potentissimos expugnabitis, Alexādros debellabitis, Romani Imperii sedem Capitolium euerteris & cathedram pontificalem in Vaticano monte stabilieris. Nec vero exstimate, me inania auribus vestris commenta occinere, aut aniles fabulas narrare, aut spectrum vos aliquod cōspicere, aut spiritu quodā phantastico agere, aut sermones miscere; *Palate & videte:* Inspicite, tangite intus & foris & videte, nū is ipse sum, quo in hostiū medio derelicto fugistis; quem tam nequiter & tā turpiter, tanta infamia & ingratitude deseruistis. Sed hoc modo nō agimus, ignosco delicto, omnia oblitus vobiscum in gratiam redeo. Ecce vos amplector & foueo carissimi mei, vos ego stringo & diligo Ecclesiæ meæ bases & fulcra; hoc vnū a vobis exigens, vt me diligatis, ac mei ipsius memoria semper habeatis, ad me vnum semper respicite & nunquam vos derelinquam, sed præsentē in omnibus laboribus & molestiis semper sentietis. *Quia & vos Christiani hic allocutus est dicens. Palpate & videte. Huc oculos**

Tom. 1. Pars Hyemalis.

conuertite, huc manus dirigite: videte obsecro quo redempti sitis pretio, quantaque animæ vestræ dignitas sit & excellentia, cū tanto redimi eam oportuerit pretio: videte, quantus peccati sit horror & abominatio, cum ad eius expiationem Dei filium tam crudelia & atrociam perpeti supplicia, proque eodeniq; mori in cruce, fuerit necesse. Sed iterum palpate & videte.

Considerate hæc, obsecro, vulnera, inspicite cicatrices & stigmata, ac videte quanto vos Deus amore dilexerit, quamque fidus vobis extiterit. Refert Antipatrum Herodis patrem Iosephus, cum apud Cæsarem Iulium cōiurationis aduersus eum in iudæa accusatus foret, vel quod partes Pompeianas secutus esset, vt criminis a se suspicionē dimoueret, suamque innocentiam Cæsari testatam faceret, Romam quamprimum aduolasse, & Cæsari ad pedes prouolutum, & pectore vulnerum cicatricibus deformi ostento, his eum verbis supplicem esse allocutum. Quoniam meo fato fieri dicam magnanime Cæsar, vt semper æmuli fortunæ meæ felicitatiq; inuiderint, meq; modo regno exuere fatagant: At nullos vnquā aut acerbiores, aut capitaliores expertus sum ius, qui me paucis abhinc dieb. apud Maiestatem tuā, quasi perduellionis & coniurationis aduersu. sacrum caput tuum in iudæa reu derulerunt. At tantum abest, maxime Princeps, vt quidquam in te moliri ausus vnquam fuerim, tibi que necem aut regno perniciē machinari, vt te regnumq; tuū semper ab insidiis & conspirationibus cum lingua tum manu defenderim. Quare vt inimicorum malitiam meamque innocentiam perspectam habeas, vide obsecro euidencia fidelitatis & affectus erga te mei indicia & argumenta, cicatrices inquam & vulnera: inspicite stigmata & notas in corpore meo deformes, sanguine etiamnum stillantes; quas in Cæsaris defensionem & tutelam Antipater accepit. Cæsar porro tā tristi viso spectaculo eum vt innocentem & absoluit: & vniuersæ Iudææ procuratorem constituit.

Lib. 3. de
bello Iud.
cap. 8.

At videte hic, o Christiani, non Antipatrum aliquem, sed Iesum Christum non peccatus modo, sed sacrum etiam caput, latus, ac totum denique corpus denudantem & vul-

Ecce nera,

386
 nera, plagas, cicatrices, hiantes adhuc notas, demonstrantem, quæ vestri redimendi, liberandi, saluandi, vobisque seruiendi ergo pertulit. *Palpate* inquit, & *videre* notas & signa fidelitatis, amoris, & obsequii erga vos mei.

*Xenophon
 13, Padiæ.*

Refert magnus ille Philosophus & historicus eximius Xenophon, historiam non minus egregiam, quam iucundam, qua recitata finem faciam. Potens ille Persarum Rex Cyrus, cum Tigranē Armeniorum Regem bello victum, vna cum vxore captiuum in vinculis haberet, quodam die cum mensa vtrumque adhibuisset ridens & iocans a Tigra-
 ne petiit, quantum pro redimenda vxore vellet persolvere? cui alter confestim respondit; si mihi regnum quod abstulisti, adhuc esset, equidem ipsum pro ea redimenda libens impenderem, quod si nec hoc sufficeret, sanguinem & vitam meam infamerem.

Cyrus porro tanto amore coniugali perspecto, & eorum misertus, regnum iis & libertatem restituit. Cum vero Tigranes iam ad propria reuertisset, ad reginam ait, Quid tibi de Cyro rege videretur vxor mea? an non egregius ac magnanimus rex est; ac regio nomine dignissimus? Prudens mulier statim subintulit; Nescio quid ais, neque enim noui quid dixerit aut egerit, vnde prudentiam possem agnoscere: toto namque tempore, quo apud Persas tecum in vinculis haesi, nunquam in alium, præterquam in eum, qui sanguine me suo liberare decreuerat, oculos habui.

Vobis ipsis hanc historiam velim accom-
 moderis Auditores: si enim regina illa tantum se coniugi suo debere fatebatur, quod sanguinem, vitamque propriam in eius redemptionem impendere decreuisset, nullum ut alium virum in aula Persarum, præ amoris quo suum prosequeretur, vehementia ausa fuerit intueri. Quantum vos regi & sponso vestro Iesu Christo debebitis, cum proprio non modo vos sanguine redimere decreuerit, sed re ipsa etiam præstiterit, tot tormenta vestri causa subierit, aliumne igitur quempiam præter ipsum poteritis intueri in aliudne quippiam quam in Christum Iesum

oculos vestros in mundi huius aula conu-
 cere.

Palpate & videte. Nihil aliud toto vitæ vestræ tempore quam crucifixum hunc meditari, considerate assidue ac semper, quantum ei ob tot tantaque ab ipso accepta beneficia debeatis. At quantum amor ille fuit quo te persecutus est? Magnum profecto vehementis dilectionis argumentum fuit, *Figura* solem in medio cursu quiescentem, ac velut hasirabundum in axe suo, Hebræorum *Exod. 24.* gratia, subsistentem intueri: ac quantum amor est, cum sol iustitiæ, orbe suo deserto, in terram nostri causa descendit? Quantum amor fuisse putandus est, cum iisdem Israelicis iter per maris rubri gurgitem præbuit, quo in terram promissionis peruenirent: verum nonne maius amoris signum fuit, cum per pretiosi eius sanguinis torrentem nos ad beatitudinem cœlestem perducit? Magnus denique amor exiit, cum, ut populum suū seruitute Ægyptiaca eximeret, Ægyptiis innumeras plagas immisit: sed non minor amor exiit eius erga nos, cum nostri causa plurimas in corpore plagas accepit, & ad mortem usque vulnerari voluit. *Palpate* igitur cicatrices, videte vulnera, ac toto vitæ tempore eadem in mente habetote, ante oculos gerite, continuam passionis Dominicæ memoriam habentes; exultate igitur in hac solemnitate Paschali, qua Christus victor ab inferis rediens, à morte resurrexit, eamque semper ex toto animo, ex tota mente, ex corde perfecto, diligite.

Sed iam.

— *immensum spatis confecimus aquor*
Et iam tempus equum spumantia soluere colla-
iam quadraginta diebus & amplius in aru-
narum molestiarumque pelago euagarus
sum, tempus est, in portum me recipere, ad
cymbam quæ tanto tempore per breuia, per
Syrees, per Scylleos scopulos & charybdis
voragines nauigauit, ad terram subducere.
Fui, Auditores, fui ille Ionas, qui Dei iussu
*auribus vestris inelamaui, *Ahuc quadragesima dies & Ninive subuertitur.* Fuit illa*
*vox in deserto penitentia exclamans, *Pa-**
rate viam Domini, rectas facite semitas eius,
facite fructus dignos penitentia. Faxit Deus,
 v. h. æ.

vt hęc mea vox, mea latera, clamor ille meus, verba mea aliquid apud vos ponderis habuerint. Utinam, Auditores, horum vos memineritis, meas adhortationes non negligatis, meas admonitiones animo vestro inculptas geratis: toties iam ad virtutes amplectendas, peccata detestanda incitavi, vt memineritis, obsecro, vt Deum super omnia diligereis, & mundum odio haberetis, vos monui; vt recorderemini, vt pœnitentiam pro delictis ageretis, salutemque semper vestram ante oculos haberetis iam toties insinuavi; ne obliuiscamini Deum precor.

Gen. 7. Si tempore diluuij superstites erant, cum Noachi monita, quibus ad vitæ emendationem excitabantur, vtque sibi ipsis attendere, neglexissent, diluuij vndis submersi fuere.

Gen. 18. Sodomitæ, cum Lothi verbis quibus eos ad bonam frugem pœnitentiamque excitarat, fidem adhibere nolissent, fulmine interiere, sulphureque ac funesta Catastropha vitam terminarunt. Fui instar Noe, alter Loth vobis extitit, admonui, vt caveretis, salutem vestræ attenderetis, vt pœnitentiam ageretis excitavi, ne scilicet diuinæ vindictæ diluuium vos obruat, & iudiciorum summi numinis fulmina caput vestrum feriant. Beatum me, si credideritis, vœ autem vobis, si neglexeritis, ter miserum me & ter infelicem, oleum & operam si perdididerim.

4. Reg. 4. Quam animi amaritudinem sensisse putatus miserum Eliazæ Prophetæ puerum, quem ad Sunamitidis filium excitandum Prophetæ cum baculo prodigiorum operatore destinavit, cum omni tentata via & ratione, sese puer nec moueret, nec loqueretur, & ipse re infecta ad Prophetam redire cogeretur, dicens cum lachrymis & gemitu: *Non surrexit puer.* Simili profecto modo ad vos missus sum, Auditores, non quidem à Prophetæ aliquo, sed à Deo, idque cum potenti verbi Dei baculo, videlicet ad animas vestras peccato mortuas excitandas, sed eane mea fortuna futura est, vt, cum eum tanto tempore adhibuerim, & omnibus quidem, quibus adhiberi poterat rationibus & modis, suauiter nimirum & auctere, præ-

mia proponendo, & minas intentando, verberando & demulcendo, vulnerando, & lanando, ac pro viribus enitendo; vt inquam, hodierna die videndo, non esse in vocem qua de vitæ emendatione loquamini, neque sensum quo de rebus cœlestibus cogitetis, me cum lachrymis & gemitu dicere necesse sit, *Non surrexit puer,* nihil lucratus sum Domine, nihil omnino sanctum verbum tuum profuit, non surrexit peccator, vitia in eo adhuc viuunt & regnant. Quantum ille mihi futurus esset dolor, quæ animi amaritudo! Sed date potius, vt duros vos confido operam, Auditores, ne hac me grauatum infamia domum dimittatis, verum vt lærum de conuersione vestra, de pietate, de resurrectione, deque renouatione spiritus vestri nuntium audire queam.

Interea vero immensas vobis & humillimas gratias ago, quod meis hæcenus concionibus frequentes interfueritis, in conueniendo fueritis assidui, & in audiendo attentis: & si fortasse minus vobis expectationique vestræ satisfecerim, prout vobis forsitan alius, cui doctrina & vis dicendi esset maior, satisfaceret; cogiteris velim, nunquã me prius ad vos verba habuisse, & si prima forsitan vice non placuerim, omnem me posthac, si iterum apud vos verba habere me contigerit, daturum operam, vt luculentius & melius quid, ac vestris dignum meritis adferam, & expectationi de me vestræ melius satisfaciam.

Tibi vero sancte Seuerine, insignis huius templi patrone, parochiæ huius tutela & protector, atque inter Beatorum animas ex præcipuis, quem longæ huius navigationis meæ directorem & veluti nauclerum delegi immensas & innumeras grates ago, atque infinitis me tibi nominibus obligatum profiteor. Quamdiu enim orationis meæ cymba in hoc pœnitentiæ Oceano fluctuauit, tu eius astrum, eius pharo, eius Cynosura extitisti: tuoque potissimum auxilio factum arbitror, quod portum aspexerit, quod conseruata sit, & in tutum tandem locum deuenerit, ad te quoque semper in posterum meas preces & obsecrationem dirigam. Et quoniam

Ecce 2 indi-

indigno mihi tam prompte & assidue ha-
 etenus succurristi, ad te solum imposte-
 rum confugiam, te solum ô gloriose com-
 pellabo, qui pro me apud supremum iudi-
 cem interpelles. Perge obsecro, ô beate Se-
 uerine, qui me tam feliciter portum aspi-
 cere fecisti, quo magis tibi me deuinctum
 sentiam, pro me intercedere: ac precibus
 tuis apud Deum obtine, vt sanctum verbi
 diuini semen, quod in Ecclesia huius, qua,
 quoniam nomini tuo dedicata, in tua pro-
 tectione & tutela est, agro seminari, cre-
 scat ac fructum centesimum afferat, & pro-
 fundas radices agat. Ac tandem apud
 Deum efficias rogo, vt hoc ipsum quod tan-
 to sudore laboreque plantaui, tu quidem
 imbre aspirationis & protectionis tuae irri-
 ges, Deus autem omnipotens largiter det
 incrementum. Sis deinde, potes namque a-
 pud Deum plurimum, magnique caelesti in-
 curia es nomini, secundus pro nobis Iere-
 mias, & alter Onias, ora pro magna hac vr-
 be Parisiensi, ora pro hac tua parochia, ac
 pro vniuersa demum Ecclesia: ô Beate quem
 inter omnes beatos plurimi facio, quem ho-
 nore & veneratione imprimis prosequor, o-
 ra pro Pontifice, pro Rege nostro Christianis-
 simo, pro Regina, Delphino, ac Princi-
 pe nostro Illustrissimo: intercede pro vni-
 uerso huius regni statu, pro omnibus fide-
 libus, atque adeo omnibus qui in mun-
 do sunt hominibus, vt precibus & in-
 tercessione tanti viri tamque gloriosi; eius
 qui omnium Sanctorum Deus est, gra-
 tiam in hoc mundo, & gloriam
 in altero assequi merea-
 mur. AMEN.



CONCIO SECUNDA IN
 DOMINICAM IN ALBIS SI-
 VE QUASIMODO.

Partes..

1. De causis resurrectionis Dominica.
2. Cur sero veniat Dominus.
3. Quid ianuis clausi ingressio, & statio in me-
 do sibi velint.
4. Qua pax Christi, qua mundi.
5. Quanta Domini vulnera fuerint.
6. Cur cucurrit à Christo venientia.

Cum esset sero die illa, vna Sabbatorum, &
 fores essent clausae. Ioan. 20.

F I G V R A.

INTER omnes veteris Testamenti Patres & Gen. 31.
 Patriarchas, qui quidem Christi Iesu ima-
 go & typus existit, principem facile locum
 tenet Ioseph magni Iacobi filius, qui vera
 eius figura & ad prototypum quam proxime
 accedens, existit: in primis quod plus
 ceteris fratribus à patre amatus, quod fratri-
 bus exofus in cisternam veterem demissus,
 venditus, inque carceres Aegypti coniectus
 fuerit; dein quod eisdem ereptus ad totius
 regni gubernacula capessenda delectus, &
 mundi Saluator fuerit nuncupatus: In his
 quidem omnibus Christum expressit; at ma-
 xime, quod eadem ipsum inter & fratres,
 quae Christum inter & discipulos, post re-
 surrectionem, acciderint: Filij namque Iacobi
 cum in Aegyptum profecti grauius an-
 gerentur, ac non mediocriter percelleren-
 tur, tum ob famem & rerum omnium penuriam
 quae mortales omnes premebat, cum
 quod vnus eorum scyphum aureum, in quo
 Ioseph augurari soleret, clauaculum abstu-
 lisset; stabant hic quidem attoniti, anxij &
 trepidantes, cubiculi angustiis conclusi, pa-
 uidi & de rerum successu dubij, nescientes
 quem tandem res exitum esset habitura: do-
 nec tandem Ioseph in eorum medium pro-
 siliens, dulci & amica voce diceret: Ego sum
 Ioseph frater vester, quem vendidi in Aegyptum
 nolite